Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31238
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">>



scandalizet unum de pusillis
istis. Attendite vobis. Si
peccauerit in te frater tuus increpa illum: et si penitentiam egerit
dimitte illi. Et si septies in
die peccauerit in te, et septies in die conuersus fuerit ad
te. dicens penitet me dimitte illi. Et dixerunt apostoli domino.
Adauge nobis fidem. Dixit
autem dominus. Si habueritis fidem sicut granum sinapis dicere
tis huic arbori moro eradicare et transplantare in ma
re et obediret vobis. Quis
autem vestrum habens seruum arantem aut pascentem qui re
gresso de agro dicat illi. Sta
tim transi recumbe. et non dicet
ei para quod cenem. et praecinge
te et ministra mihi donec
manducem et bibam et post hec
tu manducabis et bibes.
Numquid gratias habet seruo illi
quia fecit quae sibi imperauerat.
Non puto. Sic et vos cum fece
ritis omnia quae praecepta sunt vobis
dicite. Serui inutiles sumus
quod debuimus facere fecimus.

Factus est dominus. Dominica ii.
Exaltator meus et educit me
in longitudine saluum me
faciet qui voluit me. Ps. Di
lig te domine domine mea domine firmamentum
meum refugium meum et liberator meus.

Gra.
Sicut nobis qui diuino
re pacem et amorem fac
ere hereditatem. quae nunquam
tua gubernatione deficiens
quos in soliditate tue di
rectionis instituis. Ps. Letatus
sum. Nolite mirari si
odit vos mundus nos
scimus. quia transiimus
de morte ad vitam: quia diligimus fratres. Qui non dilig
it manet in morte. Omnis
qui odit fratrem suum homicida
est. Et scimus quia omis homicida non habet vitam eternam in se
manentem. In hoc cognouimus
caritatem dei: quia ille pro nobis animam suam po
suit. et nos debemus animas
pro fratribus ponere. Qui ha
buerit substantiam huius mundi
et viderit fratrem suum necessitatem patientem. et claserit viscera sua ab eo. quo
caritas dei manet in eo. Filioli mei. non diligamus
verbo neque lingua. sed opere et
veritate. Gra. Ad dominum cum tri
bularer clamauit et exaudiuit
me. V. Domine libera animam meam a labiis iniquis et a lingua
dolosa. Alla. V. Deus inter
ueniens pacem et pacem uniquid